3115 1778

SYNTHESES

Tum Chymicæ tum Galenicæ ex Codice Parisiensi depromptæ ab Antonio Steinacher, publice proponendæ et conficiendæ Duce et Moderatore Francisco Fourcy Collegii pharmacopoeorum Parisiensium Socio

Ex Galenicis.

Syrupus é Stoechade.

℞. Spicarum siccatarum stoechados, ℥iij
summitatum floridarum
et siccatarum thymi,
Calaminthæ,
origani, āā ℥iß
Salviæ,
betonicæ,
rorismarini, āā ℥ß

Seminum rutæ,
poeoniæ maris,
foeniculi, āā ʒiij

Cinnamomi,
Zinziberis,
calami aromatici, āā ʒij

Contusa omnia et incisa macerentur in alembico vitreo vel stanneo per biduum cum
aquæ tepentis, ℔viij
tum per distillationem balneo maris, extrahe
liquoris aromatici, ℥viij
ex quibus fiat Syrupus eodem calore balnei maris, cum
Sachari albi, duplo
residuum colatum et fortiter expressum clarifica cum
Sachari albi, ℔iv
et coque in Syrupi consistentiam, cui semi refrigerato adde priorem.

Pulvis temperans.

℞. tartari vitriolati,
nitri purissimi, āā ʒiij
Cinnabaris factitiæ præparatæ, ℈ij
Misce. fiat pulvis subtilissimus.

Confectio Alkermes.

℞. pulveris granorum Kermes, ℥j
santali citrini, ʒiß
ligni aloes, ʒß
rhodii, ʒiß
rosarum rubrarum, ʒvj
Cinamomi acuti ʒiij
Cassiæ ligneæ ʒiij
Coccinellæ ʒij
margaritarum orientalium præparatarum
Coralli rubri præparati āā ℥j
folior auri ʒj
fiat secundum artem pulvis tenuissimus, tum

℞. Syrupus Kermesini, ʒiv
calefiat balneo maris, et per setaceum trajiciatur. inspissentur balneo maris ad syrupi Consistentiam cui fere, refrigerato adde
pulveris suprà descripti, ʒiv
Misce, fiat secundum artem Confectio.

Pilulæ Cynoglossæ.

℞. Corticis radicum cynoglossi siccatarum,
Seminum hyosciami albi,
laudani, āā ʒiß
myrrhæ optimæ, ʒvj
thuris masculi, ʒv
croci
castorei, āā ʒiß
Cum syrupo è succo Cynoglossi fiat massa secundum artem.

Unguentum fuscum.

℞. axungia porci,
butyri recentis,
Ceræ flavæ,
sebi arietini,
lithargyri præparati, āā ʒviij
olei olivarum, ℔j
Coque more emplastri, donec ex fusco nigrescat.

Emplastrum epispasticum.

℞. Cantharidum pulveratarum, ʒiv
euphorbii pulverati, ʒiv
picis Burgundiæ,
therebinthinæ, āā ʒvj
Ceræ flavæ, ʒij
Cera, therebinthina, et pix liquentur, iisque ab igne remotis, pulveres admisceantur, et agitando, redigantur in emplastrum.

Ex Chymicis.

Aqua Melissæ composita.

℞. foliorum melissæ siccatorum, ℥iv
flavedinum citrei siccatorum, ʒij
nucis moschatæ,
Coriandri āā ʒj
Caryophillorum,
cinamomi, āā ʒß
radicis anglicæ Bohemicæ ʒß
contusis contundendis omnia macerentur per triduum in
Spiritus vini rectificati ℔ij
aquæ melissæ balneo maris distillatæ ℔j
distilla balneo maris secundum artem, ferè ad siccitatem.

Crystalli Lunæ

℞. argenti purissimi, ʒij
solve in
spiritus nitri optimi, ʒvj
fiat evaporatio igne leni ad quartæ partis consumptionem. repone ad Crystallisationem, repete donec crystallos omnes exhauseris.

Lapis infernalis.

℞. Crystallorum lunæ, q. v.
mitte in crucibulum germanicum amplum; leni igne tumet primum materia, tum subsidet, dein aucto igne instar olei liquescit. effunde in modiolum fusorium prius calefactum seboque litum. concreta massa eximatur et servetur in vase rite obserato, et loco sicco.

Nitrum purificatum.

℞. nitri tertiæ coctionis, q. v.
solve in
aquæ puræ calentis. S. q.
quiescant per viginti quatuor horas. liquorem filtra. vaporet ad pelliculam. pone in cella. concrescant crystalli, sale marino omnino spoliati.

Nitrum fixatum.

℞. nitri purissimi, ℔j
liquescat in crucibulo capaci. projice
carbonis pulverati cochlear
peracta detonatione alterum cochlear projice. repete donec nitrum nec amplius fluat, nec detonet. Nitrum adhuc calens è crucibulo exemptum aquâ calente solve, filtra, vaporet ad siccitatem, et obtinebis nitrum fixatum.

Tartarus Vitriolatus.

℞. olei tartari per deliquium q. v.
inde in cucurbitam vitream. affunde guttatim spiritum vitrioli rectificatum et limpidum, ad punctum saturationis. sedatâ effervescentiâ fiat evaporatio igne leni ad pelliculam. repone in cella ut crystalli concrescant. liquorem effunde, vaporet denuò ad pelliculam, addendo prius nonnihil salis tartari. repone ut concrescant novæ Crystalli. Crystallos omnes collectas aquâ leviter ablutas exsicca et serva ad usum.

Kermes minerale.

℞. antimonii hungarici in frustula effracti, ℔iv
nitri fixati ℔j
aquæ pluvialis ℔viij
inde in vas fictile vitratum: bulliant per horas duas igne æquali et moderato. liquoris ferventis duos trientes filtra. tertio superstiti affunde
aquæ pluvialis ferventis ℔v
nitri fixati ℥xij
bulliant ut suprà. filtra iterum duos liquores trientes. tertio adhuc superstiti affunde
aquæ pluvialis ferventis ℔v
nitri fixati ʒviij
bulliant ut suprà. totum liquorem ferventem filtra. misce in vase terreo omnes filtratos liquores. quiescant per viginti quatuor horas; liquor decantetur. pulvis residuus rubens, super papyro emporeticâ expansus, edulcetur affusâ identidem aquâ, donec insipida exudet. pulvis exsiccatus mittatur in fictile, cui affusâ spiritus vini rectificati sufficiens quantitas accendatur, ut artis est, quodbis repetendum.

has operationes publice exponet die Lunæ
Conficiet diebus martis mercurii et jovis. Exponet vero confectas die Veneris.

In Collegio Pharmacopoeorum Parisiensium

Pro Solemni Adoptione

has Præparationes e Codice facultatis resumptas Dedimus et vidimus die duodecimo Mensis Novembris 1778.
Buvry   Trevez
Becquerel   Simonnet

has præparationes e codice facultatis depromptas vidimus et probavimus die duodecimâ mensis novembris 1778. Le Preux primus pharmaciæ professor
Philip pharmaciæ professor alter

Mr. Steinacher